

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum ap  
cum fonte primo

Clamor autem quem barritum uocant  
prius non debet attolli  
quam acies utraque se iunxerit.  
Imperatorum enim uel ignauorum est  
uociferari de longe  
cum hostes magis terreantur,  
si cum telorum ictu clamoris horror accesserit.

Pars uictorie est inimicum turbare  
antequam dimices.

Vegecius libro III. capitulo XVIII.

Clamor autem quem barritum uocant  
prius non debet attolli  
quam acies utraque se iunxerit;  
imperatorum enim uel ignauorum est  
uociferari de longe,  
cum hostes magis terreantur  
si cum telorum ictu clamoris horror accesserit.  
Semper autem studere debes  
ut prior instruas aciem,  
quia ex arbitrio tuo potes facere  
quod tibi utile iudicas cum nullus obsistit;  
deinde et tuis auges confidentiam et adversariis  
fiduciam minuis, quia fortiores videntur  
qui provocare non dubitant,  
inimici autem incipiunt formidare  
qui vident contra se acies ordinari.  
Hinc additur maximum commodum,  
quia tu instructus paratusque ordinantem  
et trepidum adversarium praeoccupas.  
Pars enim uictoriae est inimicum turbare  
antequam dimices.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei  
militaris*, 3.18.9-14 (M.D. Reeve ed., pp.101-2,  
ll.24-29, 1-9).